TEMPVS INFVSIONIS ANIMÆ.

VT forma naturalis educatur è facultate subiectiua materiæ, vel extrinsecus accedens ei iungatur ad generationem compositi, necessariæ sunt præuiæ quædam dispositiones, quibus absentibus, vel ad certum gradum nondum prouectis nulla fit generatio, quia sunt naturalis opificis organa, quorum ministerio simile generat eductione formæ similis è materiæ sinu, vel illius extrinsecus accessione si superioris ordinis extiterit, ipsaq; præsens [a] illico perficit & exornat domicilium, fusis ab essentia per emanationem proprietatibus, quarum rudimenta erant eædem dispositiones quæ generationem præcesserunt & promouerunt: ita vt dispositiones quæ fuerant generantis eædem fiant recens geniti organa, dum per emanationem promouentur ad illius propriæ naturæ gradum & perfectionem, nihil enim generatur cum perfectissimo proprietatum & organorum apparatu, sed illorum productio solius est formæ præsentis compositique iam existentis, quod serius aut citius producitur, pro varia subiecti excipiétis aptitudine, & opificis energia. Sed anima rationalis est hominis forma & natura, ergo ad illius infusionem & vnionem cum corpore ad hominis generationem necessariæ sunt quædam dispositiones, & organorum quidam rudis apparatus, qui longe celerius perficitur, si materiæ legitimæ conditionis accedat efficientis robur, quod à copia & qualitate spirituum pendet, quibus crassamentum seminis perfunditur, ideoque rudis apparatus ille citius adest fœtibus aliquarum mulierum. p. carne [b] firmiorum, nigrarumque, potissimum si calidioribus viris misceantur, quod scilicet sint calidiores & validiores, proptereaque minus repurgentur, vnde semen calidius & siccius [c] in vtero puriori nec humore superfluo stagnante citissime consistit, & tertio statim die iactis primis futuri fœtus generationis staminibus atque rudimentis, conceptio perficitur, quæ tota rudimentis illis principiorum seminalium excitatorum opificio con-

[a] Μέλλει τὸ γιν[illegible] τὸν ἀναγκαῖον [illegible] λοίωσιν καὶ αὔξησιν, [illegible] δὲ ἤδη τινὰς [illegible] νεσις ἐστ. recens ge[illegible] statim alterari & [illegible] geri necesse est, i[illegible] vero perfecto la[illegible] nem succedere. [illegible] rist. 8. Phys. cap[illegible] vbi rursus alterat[illegible] nem & omnes m[illegible] tus species, gene[illegible] tionem sequi p[illegible] bat, vt genitum [illegible] cens absoluatur [illegible] meris omnib. & [illegible] diq; perficiatur, [illegible] γενόμενον ἁπλῶς [illegible] ἐπ' ἀρχὴν ἰόν. ipsum principium alte[illegible] tionis augment[illegible] motus localis inte[illegible] num esse animal[illegible] docuit textu 34. li[illegible] 1. de ortu.

[b] Initio l. de natu[illegible] muliebri.

[c] L. primo de di[illegible]

TEMPVS INFVSIONIS ANIMÆ.

VT forma naturalis educatur è facultate ſubiectiua materiæ, vel extrinſecus accedens ei iungatur ad generationem compoſiti, neceſſariæ ſunt præuiæ quædam diſpoſitiones, quibus abſentibus, vel ad certum gradum nondum prouectis nulla fit generatio, quia ſunt naturalis opificis organa, quorum miniſterio ſimile generat eductione formæ ſimilis è materiæ ſinu, vel illius extrinſecus acceſſione ſi ſuperioris ordinis extiterit, ipſaq; præſens [a] illico perficit & exornat domicilium, fuſis ab eſſentia per emanationem proprietatibus, quarum rudimenta erant eædem diſpoſitiones quæ generationem præceſſerunt & promouerunt: ita vt diſpoſitiones quæ fuerant generantis eædem fiant recens geniti organa, dum per emanationem promouentur ad illius propriæ naturæ gradum & perfectionem, nihil enim generatur cum perfectiſſimo proprietatum & organorum apparatu, ſed illorum productio ſolius eſt formæ præſentis compoſitique iam exiſtentis, quod ſerius aut citius producitur, pro varia ſubiecti excipiẽtis aptitudine, & opificis energia. Sed anima rationalis eſt hominis forma & natura, ergo ad illius infuſionem & vnionem cum corpore ad hominis generationem neceſſariæ ſunt quædam diſpoſitiones, & organorum quidam rudis apparatus, qui longe celerius perficitur, ſi materiæ legitimæ conditionis accedat efficientis robur, quod à copia & qualitate ſpirituum pendet, quibus craſſamentum ſeminis perfunditur, ideoque rudis apparatus ille citius adeſt fœtibus aliquarum mulierum. p. carne [b] firmiorum, nigrarumque, potiſſimum ſi calidioribus viris miſceantur, quod ſcilicet ſint calidiores & validiores, proptereaque minus repurgentur, vnde ſemen calidius & ſiccius [c] in vtero puriori nec humore ſuperfluo ſtagnante citiſſime conſiſtit, & tertio ſtatim die iactis primis futuri fœtus generationis ſtaminibus atque rudimentis, conceptio perficitur, quæ tota rudimentis illis principiorum ſeminalium excitatorum opificio con-

a Μιᾶᾳ τῇ γενέσει τῶν ἀναγκαίων ὑπαρχόντων ἤδη καὶ αὔξησιν, ... δὲ ἤδη τινὰς ... ποιεῖ ἐστι. recẽs ge... ſtatim alterari & ... geri neceſſe eſt, i... vero perfecto la... nem ſuccedere. ... riſt. 8. Phyſ. cap... vbi rurſus alterat... nem & omnes m... tus ſpecies, gene... tionem ſequi p... bat, vt genitum ... cens abſoluatur ... meris omnib. & ... diq; perficiatur, ... γενόμενον ἁπλῶς ... ἐπ' ἀρχὴν ἰόν. ipſum principium alte... tionis augment... motus localis inte... num eſſe animal... docuit textu 34. li... 1. de ortu.

b Initio l. de natu... muliebri.

c L. primo de di...

tinetur: Hæque [d] mulieres tertio die menstruæ purgationis fiunt immunes, purgationis enim menstruæ, fœtuumque conceptionis par est omnino tempus, at minimum purgationis tempus est trium dierum, ergo minimum tempus quo conceptio fieri potest erit quoque trium dierum.

Aquescentes [e] vero mulieres & albissimæ repurgantur septem diebus humore diffluentes, proindeque semen etiam validissimum humidioribus vteris huiusmodi mulierum tardissime consistit, septimo nempe die, quæ summa est & vltima conceptionis * & muliebrium [f] purgationum periodus. Vnde si mulieribus illis accedat aliqua conceptionis remora (quales [g] viris frequentes sunt, potissimum vero frigiditas) nulla prorsus fieri potest generatio. Media periodus duabus extremis interiacet, temperatis & [h] ἐνιαπῶς familiaris, quæ quinto die contingit, secundi cum [i] tertio ternario dierum nexu; vt tres sint in vniuersum conceptionum siue fœtuum generationis periodi frequentiores, quibus quoque contingunt ἐκρύσεις [l] oppositæ siue seminum corruptiones, quas si semel euaserint, velut extremam ἐκρύσιων periodum, hæsisse in vitam certo pronuntiari potest, hominis enim vita dierum septenariis [m] distribuitur, vteroque reconditum semen, septem diebus omnia corporis membra continet, vnde pari numero dierum ieiunij enecatur, quo primum fuerat productus.

d ... ἐν ὀλίγῳ ... μάλ- ... τὴν κύ- ... καταμηνίων, ὅτι ... ἐμβρύων ... alcē l. de octim. ... nec minori tē- ... fieri potest va- ...io muliebrium neque fœtuum conceptio, id est æquali tempore conceptio perficitur quo menstrua vacua- ... sed quibus vacuatio procedit minus quam tribus diebus vel parca manu, illæ crassæ sunt viragines & par- ... immemores vt aliquæ ne quidem concipiant ἥσσον τριῶν ἡμερέων ἴλαον. ... κάθαρσις γίνε) ... ὀλίγα ... ... παχῖαι ... ... .l. 1. de morbis mulierum.

e ...6. Epid. & de ... ra muliebri ... ... ῥοώδεα).

f ... l. 7. de hist. ... ἑπτὰ ἡμέρας ... ὅτι ... αἱ γὰρ ἐκρύσεις ἐν ταύταις γίνονται ταῖς ἡμέραις si genitura manet septem diebus patet factam esse ...ceptionem quia effluuia fiunt intra illud tempus.

* ... oses in Leuit. summam fluxus muliebris periodum statuit septem dierum.

g ... πολλὰ κωλύματα ... ἀνδράσι ἐξ ὧν ... ἡ σύλληψις ... sept. partu.

h ... de natura mu- ... i initio.

i ... ternarius tripli- ... nario constat ... ate tertia cuius- ... ternarij bis numerata, vocatur id ab Hippocrate σύναψις, l. de sept. partu ... συνημμέναις ...

l ... περὶ γυναικείων ν- ... sterilitatis cau- ... aribus diebus e- ... fiunt vsque ad septimum, sed rarius quia non sunt γόνιμοι & generationum perfectiui nec corruptiui, ... multum promouent nec dimouent.

m ... l. de principiis ... ἐς τὰς ... ἦλθε ... ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ... ὅσαπερ ἔχειν τοῦ ... ματος, ideoque hæc ... ima est conce- ... onū periodus in ea enim adest corpus organicū potestate vitam habens, ideoq; & illius actus siue anima. ... einceps docet experimentum proprium sæpius inspectum ex abortu scortis tunc familiari, quibus septimo ... ceptione seminis die, excidebat carneus quidam globus pelliculâ obuolutus, quem in aquam iniectum di- ... nter inspicienti obseruare licet omnia membra corporis nempe oculos aures, manus earumque digitos ... edum, pudendum, reliquumque corpus omne manifeste distinctum. Tum subiungit certa signa recepti se-

minis in mulieribus inculpata ſanitate fruentibus, vt ſe non deceptum probet in dierum cōputatione,& e
rimenti certitudinem demonſtret,quod in aqua perfectius conſpicari licet,quæ ſpecies exilium corporum
plificat,diffluentia ſtamina frigiditate firmat, ſordes eluit, & molliter ſingula membra fulcit ne in ſe m
concidant. Ingentis viri teſtimonium ſic exaratum legitur eo loci πολλὰ δ' ἴδοι ῥᾶστα τοιῶδε, αἱ ἑταῖραι αἱ δη
γινώσκουσι ὁκόταν λάβωσι ἐν γαστὴ, κἄπειτ' ἐνδιαφθείρουσι, ἐπειδὰν δὲ ἤδη διαφθαρῇ ἐκπίπτει ὥσπερ σὰρξ ταύτην τὴν σα
ὕδωρ ἐμβαλὼν σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι εὑρήσεις ἔχειν πάντα μέλεα, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας καὶ τὰ οὔατα. καὶ τὰ γυῖα, καὶ τῶν
οἱ δάκτυλοι, καὶ τὰ σκέλεα, καὶ οἱ πόδες, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν, καὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα δῆλον. &c. ſequitu
perimentum Hippocratis de nece ex omnimoda abſtinentia potus & cibi.

Vterus quatuor motus actiuos edit antequam conceptio perfecta ſit, primo ſemen vtrumque prolicit,
pit; altero contractus eadem ſimul recondit & retinet,hiſque duobus primis temporibus γονὴ ſiue genitu
citur,tertio motu retenta ſemina permiſcet,& ambientem tunicam generat, tum κύημα dicitur. Quarto l
tes confuſorum ſeminum vires excitat,quæ organorum rudem ſupellectilem delineant & educunt è m
ſubiecta, in hoc autem primorum ſtaminum noſtræ generationis apparatu, ſitæ ſunt, diſpoſitiones ad a
infuſionem & vnionem quæ terminus eſt & finis conceptionis,fœtuſque recens genitus κυήματος nomen
tit & ἔμβρυον appellatur vſque ad perfectam partium conſtitutionem quæ trigeſimo die maribus, quad
ſimo fæminis ſolet contingere,quo tempore παιδίον ſiue puellus incipit appellari. Quia vero formæ natur
ſuppoſita non agunt niſi vi contrarietatum quæ ſunt in qualitatibus & proprietatibus conſtitutæ,ſi form
ci non poſſet ſine præuio proprietatum & organorum perfectiſſimo apparatu,neceſſe foret receſſuram fo
inertem prorſus & otioſam remanere proprietatibus ſuis deſtitutam toto illo tempore quo contrariæ qu
tes vtiles futuræ formæ promouentur ad ſummum ſuæ perfectionis gradum,vel materiam formis ſubſtan
bus vacuam eſſe,nec vlla poteſt eſſe ratio cur forma receſſura remaneat imminutis proprietatibus ſuis,
cedens educi nequit niſi præſentibus perfectiſſimis. Itaque ſicut formæ naturalis eductio non differtur q
que adſit perfectiſſimus proprietatum & organorum apparatus, ita nec infuſionis animæ legitimum
pus in maribus exiſtimanda dies trigeſima quâ perfecta ſolet eſſe corporis vniuerſi partium conſtitutio,ia
eſt puellus; ſed dum incipit eſſe ἔμβρυον,nec adeſt niſi rudis apparatus organorum qui promouetur & per
ab anima cum primum infuſa eſt: quia ergo conceptio ſolis embryis conuenit nunquam puellis, & de c
ptione Chriſti conſtat ex fide,aſſerere licet Chriſtum embryi naturam ſuſcepiſſe; nec indignum Deo ce
dum id enim conſilio factum,vt exinaniret ſemetipſum primam & imbecillimam humani æui partem p
rens quæ puellorum conſtitutionem præcedit; nec id multo maiorem imperfectionem inuoluit quam ſi i
bilis & imperfectus puellus eſſet productus, puellus enim nunquam perfectus eſt ante ſeptimum plenil
l. de ſept. partu.

Dicitur vero conceptio [n] embryorum, quia conceptionis exactæ momentum,videtur idem quod generationis,quo incipit eſſe fœtus & embryon, deſinit autem eſſe κύημα, quod eſt terminus tertij motus vteri, quo duo ſemina accuratè permixta communi tunica continentur formatricis opere nondum prouecto, idæaque ſeminum præualente, vt ſi quis ouo [o] crudo externam teſtam adimat, & oua quidem plantarumque ſemina vtriuſque ſexus confuſas vires & moles continent,vt nulla prorſus eluceat partium diſtinctio, quæ ambientis tepore breui promouetur excitatione virium latentium,quæ reſpondet animalium conceptioni, ideoque vera ſunt κυήματα. Quibus itaque fœtibus conceptio velocior eſt, citius quo-

[n] L. de octim. loco laudato.

[o] Ὅσιον εἴ τις ὠ
τὸ λεπύριον ἐξε
λοιεν. lib. de r
pueri.
Ariſt. lib. 3. de
rat. animaliu

que desinunt esse κυήματα; vt quædam mulieres ea tantum secundo die gerant non vltra, quin facta primorum staminum delineatione transeant in ἔμβρυα quæ nēpe tertio à receptione seminis concipiunt; quædam vero sexto die κυήματα adhuc gerant; nondum facta delineatione, quinimo eædem nunc citius nunc tardius concipiant propter ætatis, aëris, ἐπιπλυμάτων, causarumque externarum commutationes. Vnio autem animæ finis est conceptionis, admissio enim seminum, retentio, mixtio, eorumque facultatum excitatio, media sunt quibus rudis apparatus organorum perficitur, in quo sitæ sunt corporis animam admittentis actu dispositiones, ille autem actus vnionis animæ, terminus est conceptionis, illius præcipua pars, & à qua petitur denominatio, vt patet in conceptione dominica, quæ præcedentium partium & conditionum conceptionis expers, ab vnione sola cum corpore denominationem sumpsit, etsi temporis momento fuerit absoluta. Excitatorum vero seminum effectus & vltimæ dispositiones ad animæ vnionem, conceptionis tempore continentur, cognosci enim nequit excitatio seminum, nisi eorum luceant effectus, qui sunt partium prima rudimenta, quibus præsentibus anima creatur, conceptio enim dominica momento fuit absoluta, infusâ animâ in corpusculo simul efformato; ergo conceptio includit vnionem animæ: at vnio non fit primo die, quia nondum adest rudis organorum apparatus, ergo neque p conceptio primo die perficitur congruenter Hippocrati. Rursus vel conceptio nulla fit, vel fit ante diem septimũ vt probatum est, ergo iungitur anima corpori ante septimum. Porro septem quadragenarii dierum, qui continent perfectissimum partus humani tempus, numerandi non sunt à die conceptionis, sed ab q admissione seminis, deficerent enim quinque dies à septimo quadragenario in conceptione dominica (quæ dicenda non est à perfectissimo tēpore defecisse) necessarij in aliis ad cæteras conceptionis partes. p. seminum admissionem retentionem mixtionem & excitationem facultatum, quæ ex materia subiecta rudem apparatum organorum delineant, quo præsente causa prima (quæ supplere solet secundarum defectum nec deficit

...inis generatio ...nceptio syno... ...a sunt, nec cō... ...ur semen, sed ...,vt non geno... materia sed ...ositum: ideo... ...onceptio ter... ...tur in hominē ...eratio, & mo... ...o absoluitur, ...nutatio est ad ...ntiam & à nō ...ne ad hominē, ...unt contradi... ...inter quæ ni... medium, li... ...ateriæ & se... præparatio ...re perficia...

...le septim. & ... partu. tum 2. sect. 3.

...Epid. ἀπὸ λυ... ...ματισμῶν à ...a definit pur... ...muliebris qua potissimum ...dmitti semen.

in necessariis) vnit animam creando, creat vniendo, eodemque momento conceptio perficitur & desinit: anima vero præsens aggreditur domicilium sibi perficere iisdem mediis instructa; vt conceptio tempus illud omne contineat, quo seminum vires solo generantium influxu animæ domicilium præparant, quo tempore dicitur κύημα vel γονὴ si nondum accuratè permixta nec adhuc membranâ coercentur, vt dum admissa retinentur, miscerique incipiunt. Quàm foret absurdum animam Christi sacratissimo iunctam corpori, debuisse coerceri diutius ergastulis vteri muliebris, & deterioris sortis extitisse cæteris animabus, nec æquali tempore potuisse domicilio r suo manus vltimas admouere, summamque perfectionem conciliare, anima namque Christi nouem solaribus mensibus cum quinque diebus exactis in vtero substitit vnita corpori, ergo cæteris animabus æquale tempus aut circiter, perficiendis & exornandis suis corporibus est decurrendum. At vero si quadraginta tantum diebus à receptione seminis animæ infunderentur, in vtero mansuræ nouem mensibus exactis & quinque diebus, differretur partus in vndecimum mensem prouectum, quod aduersatur experientiæ quotidianæ; ergo fateri satius est animam 3. 5. vel 7. die infundi propter naturæ mulierum varietatem, quæ corporis dispositionum periodis illis perfectarum præcipua causa censeri debet, sicque partus continget perfectissima periodo, nempe nouem mensibus cum decem diebus exactis, animæque vulgares infundentur ab admisso semine media periodo, quæ perfectior est, & quinque dierum; vel vnica tantum dierum triade citius aut serius, id est tertio die vel septimo; media vero periodus vt perfectior, tempus est infusionis animæ dominicæ ipsiusque conceptionis, quæ præuiæ dispositionis & impuritatis vulgarium conceptionum prorsus expers, in instanti fuit absoluta, proindeque prima sui generis & perfectissima reliquarum mensura censeri debet; nec immerito cum rationibus validissimis consentiat, experimentis, & Hippocratis authoritati, simulque perfectissimum pariendi tempus, conceptionis animæ infusionis, vnionis, & hominum generationis tempus

r Anima Christi fuit in eo principi vitæ ideoque nutr tionis & augment atque alteration perfectiuæ facult tum.

s Cóceptio quæ n tura duce fit quin que diebus in tem peratis mulierib opifice Dei spirit momento consum mata est, vt quinqu dierum subducti miraculi sit eff ctus, reliqua ge tionis periodus æ qualis fuit & ho num vulgariū pe fectissimæ gestati nis exemplar, ita si dominicæ conce ptionis opificiū a quinque dies eff productum, tota ge statio septem qua dragenariorum fuis set siue nouem mē sium solarium cu decem diebus qu perfectissima gest tionis humanæ pe riodus & herov natalis.

demonstret. Vniuersæ naturæ author, qui verus homo genuina generatione, nutritione & augmento fieri voluit, huius tenuitatem & nascentis infirmitatem non auersatus, sed solas vulgarium conceptionum dispositiones peccatis implicitas, noluit infringere periodorum legem, quam concepturis & vtero gesturis mulieribus ipse statuerat, cum enim mulierum temperatissimæ, & intermedii coloris, repurgari soleant quinque diebus & exactis iisdem concipere; mater vero sacratissima Virgo intermedii coloris esset & temperatissima, huius naturæ morem gerens, à perfectissima pariendi periodo, quæ septem quadragenariorum est, quinque dierum qui debentur impuris conceptionum dispositionibus, detractionem fieri voluit. Licet eam actu menstrualem fuisse non deceat existimare, quæ ieiuniis, assiduis orationibus & vigiliis assueta, nullas vnquam congessit humorum superfluitates, cruditates; at menstrua sunt venarum cruditas & excrementum earum facultatem premens & ad excretionem irritans, vt aluum premit nimia cibi copia, quam cogitur propter impotentiam coquendi, diarrhæâ sobole cruditatis & μολύνσιος deturbare. Quapropter diuini puelli corpusculum virginis illibatæ purissima parte sanguinis coaluisse cogitandum nó superfluis, vt ex alibili, proprioque succo aluerit, lactauerit, & ante conceptionem excesserit nunquam, post conceptionem non defecerit. Quamquam vero mulieres impurgatas non concipere docuerit Hippocrates ex artium decretis quæ rara non agnoscunt, diuina multo minus, id tamen aliquando contingere experientiâ & Aristotelis authoritate constat, si non incommodo locorum, vel meatuum, sed frugali victus lege suppetit copia sanguinis non onerans venarum vim coctricem, fœtui tamen alendo sufficiens, vt sint potestate tantum menstruales; qua ratione quoque ζωοτοκούντων brutorum plurima menstruæ purgationis immunia prorsus, fœtus perfectos feliciter edunt.

Animam diebus criticis infundi.

Dies impares & critici siue excretiui vocantur quoque γόνιμοι siue generatiui, quia omnis excretio conseruatiua est excernen-

tis & nouæ generationis principium, quia quod vni eſt excrementum alterius eſt principium, aliâs remaneret iners & informis materia. Vtque nulla fit excretio ſine ſimultanea generatione, ſic nulla fit generatio ſine ſimultanea excretione, nihil enim fit ex toto, quia non fieret, verum pars generato diſſimilis excernitur vt ex parte ſibi ſimili coaleſcat: ſicque vt vnius corruptio alterius eſt generatio, ita & vnius generatio comitem habet aliam generationem; ſaltem quæ fit reſolutione in elementa, quia ſimultaneam habet excretionem, vt dum corrumpitur cadauer generantur vermes, quorum generationis excrementa diſſimili generatione redeunt in quatuor elementa. Ideoque diuerſorum reſpectu periodi ſunt eædem generationum, quæ excretionũ ſiue criſeωn, & vice verſa, non modo ſi leges vniuerſæ naturæ ſpectemus in generatione cuiuſuis rei, ſed etiã in propria hominis generatione. Eodem enim tẽpore & eiuſdem periodi virtute iudicantur embryorum conceptiones ſiue generationes, abortus, & partus, quo morbi, ſanitates, & mortes. Vnde patet vt ſupra dictum conceptiones ideoque animarum infuſiones, ἐκρύσεις, abortus, & partus fieri potius diebus imparibus & criticis, quam paribus, quia morbi ſanitates & mortes contingunt diebus criticis, ſanitas enim & mors, ſunt termini criſeωn.

Cap. 3. de gener[atione] animalium vlt.

Vt cuiuis nutritio quæ partialis eſt g[e]neratio ſuum eſt [ex]crementum ita cuiuis generatio totali.

Ad calcem lib. ſeptim. partu, συλλήψιες τῶν ἐμβ[ρύων] καὶ οἵ τε ἀμβλωσμοί τε [καὶ] τόκοι ἐν τουτέῳ τῷ χ[ρόν]ῳ κρίνονται ἐν ᾧπερ [αἵ] τε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίειαι [καὶ] θάνατοι.

Sanitates & mortes quia ſunt termini criticorum motuum iudicantur diebus criticis.

Sed embryorum conceptiones ideoque & animarum infuſiones abortus & partus eodem tempore iudica[ntur] quo ſanitates & mortes.

Ergo embryorum conceptiones animarum infuſiones abortus & partus iudicantur diebus criticis.

Animalium perfectiſſimum generari debet diebus γονιμωτάτοις, perfectiſſimis & potentiſſimis inter gener[ati]uos & criticos dies, homo vero eſt animalium perfectiſſimum.

Ergo homo generari debet ideoque ipſius anima infundi diebus γονιμωτάτοις perfectiſſimis & potentiſſi[mis] inter generatiuos & criticos dies: hi autem ſunt à tertio ad ſeptimum.